



Freising, 20-25 August 2012

(Tuesday, 21.08.2012 – 15-16.30: Sectio X, Chair Andreas Speer)

Andrea Colli (University of Trento, Italy)

**NOBILITAS: THE NATURE OR GOAL OF HUMAN KNOWLEDGE?
SOME CONSIDERATIONS ON ULRICH'S OF STRASBURG DE SUMMO BONO II, 5**

Abstract

In many respects, the adjective “noble” (*nobilis*) is a meaningful term in the Aristotelian *corpus*. It is used to describe, for example, the distinctive character of the agent intellect or an attribute of the higher celestial sphere. It also underscores the supremacy of first philosophy over the other theoretical sciences, or of wisdom over the other virtues. My aim is not obviously to pinpoint each occurrence of this adjective and its different receptions in 13th century, but rather to consider a significant example of interpretation that shows the relationships among three of the most important meanings attributed by Aristotle to the concept of “nobility”.

Handouts

[Ulricus de Argentina, *De summo bono*, II, 5, 1, ed. A. Beccarisi, p. 4, l. 47-59.]

Cum etiam sit duplex intellectus, scilicet possibilis et agens, Deus non habet intellectum possibilem, sed tantum intelligit intellectu agente. Ideo enim praedictum est intelligere eius semper esse in actu. Si enim intelligeret intellectu possibili, esset suus intellectus conformis nostro intellectui et non differet suum intelligere a nostro, et suum intelligere non esset sua substantia et suus intellectus esset in potentia et exibat in actum per intelligibile, et illud intelligibile oportet esse in lumine alicuius intellectus agentis, per quod educat intellectu de potentia ad actum. Et cum agens nobilissimum patiente, ut dicit Augustinus et Philosophus in III De anima, primus intellectus non erit nobilissimus et optimus, sed haberet alium meliorem se, et suum intelligere, quod est sua felicitas, non erit perfectum, sed erit cum labore, quia est cum motu, qui necessario lassitudinem inducit in eo, quod movetur motu sibi connaturali, qualiter omnis motus se habet ad primum mobile. Non ergo Deus sic intelligit.

[Ulricus de Argentina, *De summo bono*, II, 5, 2, ed. A. Beccarisi, p. 9, l. 37-58.]

Et quia haec mens in nobis est supremum animae nostrae, ut dicit Augustinus XIV De Trinitate, secundum quam supremam potentiam inest nobis habitus nobilissimus, sapientia scilicet secundum Philosophum X Ethicorum, ideo etiam secundum rationem mentis sapientia Deo attribuitur quadruplici ratione secundum Dionysium. Prima est, quia secundum veram rationem huius nominis solus Deus est sapiens, quia sapientia secundum Philosophum consistit in cognitione Dei et omnium divinorum per causas altissimas et primas. Et Dei perfectam cognitionem et comprehensivam, quae sola simpliciter impermixta est ignorantia, solus ipse habet. Divina etiam omnia, sive sunt substantiae divinae et separatae sive sunt primae divinae perfectionis emanationes, ut ens, vita et huiusmodi, solus ipse cognoscit, in quantum est prima causa ipsorum. Et ideo solus vere est sapiens, Rom. 16: "Cogniti soli sapienti Deo", Glossa: "Ut sic intelligamus solum Deum sapientem, sicut intelligimus solum potentem". Unde Simonides dicit: "Solut Desu habet hunc honorem", id est hanc scientiam prae omnibus honorabilem, ut dicit Philosophus I Metaphysicae. Et ideo ibidem dicit Philosophus, quod sapientia dicitur proprie scientia divina, quia maxime Deus habet eam, et non est possessio humana, id est conveniens homini in quantum homo, sed secundum quod aliquid divinum est in nobis, quia homo est nexus mundi et Dei, ut dicit Hermes Trismegistus in libro De deo deorum. Et quamvis sapientia participata a nobis sit speculativa, ut probat Philosophus in I Metaphysicae, tamen, prout est in Deo, est practica, quia et se cognoscit ut causam et omnia divina per illam causam.